Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Venecia ciuitas meo euo cantatissima Emporium nobile Italie / terra Marique potentissima. Qua (inicium)
quidem ab Eneto seu Veneto Troyano. Nomen habuisse dicunt / Troya enim euersa Anthenor cum
in intimum sinum adriatici maris classe vectus aduenit / Erat enim eo multitudo Enetum : qui sedi-
tione (ut Titus liuius memorat) ex paflagonia pulsi / In quam habitaret querebant sedem qui veneti
appellati / Prouincia hinc venecia appellata / longitudo huius hystriam / Ac deinde quicquid est agri in
padum flumine / latitudo vero hinc padum flumine / inde alpes (que Italiam a germania diuidunt)
amplexa est / Regionis nomen diu ut Venecia appellaretur annos supra mille quingentos mansit / Bello
ipsam et qui erant vicini Cisalpini galli / et qui venerunt in Italiam germani sepe numero infestarunt
ac populati sunt / Cum vero saeuissimus Attila rex hunnorum fuit / Is cum magno exercitu venetos oppida
expugnauit multa vi capta subuertit / Quedam funditus diruit / Cum isto rege Padua capta (quedam)
et succensa / Aquilegia et altinum euerse / Primates nonnulli Veneti ut pestem hanc fugerent / libe-
ros / coniuges / fortunas in proximas Insulas contulerunt / Et venetiarum ciuitatem pro regione appella-
uerunt / Aquilegienses condidere Graulas / Altinates sicut vrbem suam in sex portas diuisam (Rigitur gradum Concordienses)
habebant / Sex quoque in stagnorum Insulis oppida condiderunt / Torcellum / maiorbium / burianum
Amorianum / Constanciacum et Aimanum paduanorum pars riuum altum / et postea dorsum duro (patauinorum)
Monte silicenses adeuntes methamaucum / Albiolam palestinolam Et fossam Clodiam / Venetos qui troi-
ana stirpe ortos esse auctor est Cato / Primi eius vrbis magistratus Tribuni fuerunt / verum ciuitas
libero iure et ad imperandum nata / continuo rei maritime studio pollere cepit / breuique eius opes in tan-
tum ut maris terreque finitimis terrori essent / Procedente tempore eorum imperium ad ortum propa-
gari ceptum / multaque in dalmatico sinu / Epiro et vniuersa grecia ac provincias pene omnes breui
tempore sue dicionis fecere / Et in ora pontici maris non pauca gessere / moxque ad Tartarum usque vene- (Tomarym)
ta arma promota sunt / cuncta et in Syria per se non pauca / multa quoque sociali bello ab hijs gesta re-
feruntur / Nota sunt Frederici Imperatoris que ea tempora que nauali prelio ad apostolice sedis
obsequium retraxere / Creuit autem ab ipso conditorum inicio veneta ciuitas Cum a potencioribus diuicibusque
olim regionis venete, fuit a principio habitata / Porro ducalis sedes primum in Eraclea / deinde in me-
thamauco / Postremo in Riuoaltum consensu omnium translata est / quod tutus esse locus hostibus a mari, et com-
mendandam ad ciuitatem maxima omnium commodissimus videretur / Que autem mediterranea prouincia fuerat
Ea ciuitatibus euersis mutato nomine / Non deinde Veneria. Sed pars nomen lombardie accepit / Pars (uit)
marchia treuisana / Pars fori Julij patria / pars hystria appellata est / Insulis vero quod regionis